

summam ejus sapientiam potentiamque declaravit; ut palam faceret, quam verè se et omnem hominem prorsus imparem agnoscat, qui cum Deo litiget, aut de viribus scientiæ neciteret: nunc hæc generalem regulam aequæ doctrinæ sibiimptis distinctis applicandam, eadem perfectione iterum prædicat, et elegantissimi stylo plures simul alias explicat et exponit. Ac primùm ab ejus invisibilitate exordium facit; pro cuius intelligentiâ,

Nota Deum triplici ratione dici invisibilem: Primò, quia nullis oculis corporeis videri potest. Quo sensu S. Joannes 1, 18, 1, ait: *Deum nemò vidit unquam*; cui S. Paulus addit, Tim. 6, 16: *Sed nec videre potest*; nimirum prout in se est: quæ res omnino spiritalis est, extra objectum visus corporalis, cum sit formæ, figuræ, speciei et coloris experta. Quapropter S. Diadochus in libello de spiritali perfectione prudenter monet illos, qui nonnquam in suis contemplationibus et exercitiis spiritalibus apparitiones aliquas aut visiones percipiunt, ut sibi caveant ab impostura et illusionè, quæ se Deum videri autem: « Nemo, inquit, cum sensum mentis audit speret videre oculis gloriæ Dei; sentiri enim eam dicimus gustu quodam, qui exprimi non potest, divinæ consolationis, cum quis animam purgaverit; non autem apparere et aliquid eorum quæ sub aspectu cadunt; siquidem nunc per fidem, et non per speciem ambulamus, sicut Apostolus ait 2 Cor. 5, 8. Si cui igitur eorum qui certant vel lumen vel figuram quæpiam, vel aliquid ad similitudinem ignis appareat, ne amplectamur hujusmodi visum: est enim fallacia inimici manerantia. Quæ quidem res multos fecerit, qui propter ignorantiam à viâ veritatis matè dellexerunt. » Sic ille, et meo quidem iudicio prudenter. Si quidem proprium signum divinæ naturæ est, esse celsius omni signo. Qui igitur aliquid eorum quæ videntur Deum esse arbitratur, ab eo qui verè est malè ad id quod comprehensione factæ imaginationis esse existimatur, deflectit.

Secundò, Deus dicitur invisibilis, quia à nullo intellectui creato vi luminis naturalis clarè ut est in seipso videri potest; neque ullus intellectus est possibilis, qui id viribus naturæ possit. Et hoc modo Deus est invisibilis omni creaturæ, et soli sibi visibilis ac notus, quippe qui (ut Apostolus ait 1 Tim. 6, 16), *solutus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Quomodo enim videatur aut intelligatur, quem nihil eorum quæ notescunt declarat? Non forma, non color, non circumscripção, non figura, non quantitas, non qualitas, non locus, non conjectura, non similitudo, non proportio, non ratio, non intelligentia; quin potius semper est extra omnem viam videndi et intelligendi, uti S. Dionysius lib. de divinis Nominibus cap. 1, et de Mystica Theologia cap. 4 et 5, fusè ac pulcherrè demonstrat. Unde Cyparissotus Materiatæ Theologiae Decad. 2, cap. 6, optimè infert Deum nullâ naturali representatione aut intelligentiâ cognosci posse; et concludit cum S. Dionysio veriorum esse

theologiam, quæ per negationes, quam quæ per affirmationes de Deo philosophatur; quamquam aequo intervallo utraque ad hæc à Deo abicit, qui est supra omnem affirmationem et negationem, quæ sit cognitio ejus. Quamobrem longè præstat cum S. Dionysio secundum Theologiam mysticam nescienter, et sine omni intelligentiâ eorum quæ intelligentiâ percipiuntur per amorem cum eo conjungi et copulari: quæ verissima et sublimissima vitorum est theologia.

Tertiò, Deus dicitur invisibilis, quia etsi à mente creatâ per lumen gloriæ aliquo modo clarè videri possit, non tamen visione comprehensivâ, quæ nihil lateat videntem. Omnis enim visio beatorum, tam angelorum quam hominum, infinitè abest ab ipsius visione comprehensivâ; et ipse infinitè omnem illorum visionem superat. Hinc quantumvis Deus à beatis clarè et objectivè, quidditivè et intuitivè cognoscatur; non tamen simpliciter comprehensivè, non tam clarè ac plenè, sicut ex naturâ sui cognoscibilis est: etenim sicut infinitæ est actualitatis se perfectioris, ita et infinitæ cognoscibilitatis; sicque sibi soli comprehensibilis et cognitus est: à quâ comprehensione omnes beati infinitè deficient. Et hoc modo quidam Patres dicunt Deum omni creaturæ invisibilem et ignotum, et sibi soli notum ac visibilem.

Hinc igitur Job optimè probat quod versu tertio dixerat, minime tutum esse cum Deo contendere, quod humanis oculis cerni non possit ejus adventum aut pugnandi tempus, et ratio cognosci: quia cum invisibilis sit, neque scribi potest cum pugnaturus veniat, neque quando à pugna recedat: quæ res in humano congressu, quicumque ille fuerit, multum habet momenti; imò hæc unâ in re spectari solet summa victoria. Id enim agunt diligentissimè duces, ut sua consilia sint occultissima, ita ut non adversarii solium, sed etiam commilitones et socii quid fieri aut quid tentari debeat, prorsus ignorent. Hoc argumento usus est S. Paulus, dum ad spiritalè pugnam Christianum armat militem dicens Ephes. 6, 12: *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversis insidias diaboli; quantum non est nobis collectatio adversus carnem et sanguinem.* Ita Sanctus noster et Pineda; videturque hæc explicatio litteræ conformior.

Aliæ expositiones sunt ad mores valde opportune, utpotè quæ timorem Dei maxime fovant: ut illa D. Thomæ locum hunc sic explicantis, ut ignoret homo quando Deus veniat, id est, auxilium conferat ad salutem; vel abeat, id est, auxilia detrahat ad protectionem. Multa enim beneficia sunt quæ homo putat esse detrimenta, quæ sunt quæ modo patitur Jobus. Aliæ existimantur esse beneficia quæ hominem perdit; quæ sunt quæ honori sunt homini, aut humane commoditati. Hæc autem homo ignorat, neque adventum Domini aut recessum videt.

Alii de incertitudine gratiæ exponunt; et in his D. Gregorius: quæ res quieto et securo animo esse non sinit, cum nemo sciat utrum odio an amore sit dignus. Unde homo suæ conditionis ignarus, qui quo in statu sit nescit, et an Deum pro se ad auxilium

dum amicum, vel contra se ad oppugnandum inimicum habeat; justam profectò timendi causam habet, cum illum fortem esse sciat, neque de illius animo aut de statione constet, cum sit invisibilis, et ipse semper sit in tenebris, neque adversarium videre possit; cum tamen Deus semper sit in luce, neque quisquam possit illum oculos latere. Alii enim sunt oculi Dei; atque ut dicam ore Sapientis: *Multò plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum et profundum abyssi, et hominum corda innotentes in absconditis partibus.* Eccli. 25, 28. Cùmque ipse corporis animique edificator usque in animi centrum intueatur, intimosque sinus voluntatis et contortificatas intentiones, multis mæandris et labyrinthis flexuosas; videt ibi fortè quedam quæ non videmus, quæque tamen penam et odium merentur.

Agnovit hoc Gregorius Magnus papa sanctissimus, et ut bonus ad Evangelio senex timoratus villem hunc metum ubique circumtulit: « Apud Deum (inquit lib. 8 Moralium, cap. 9) districtè judicati ipsi quæque maculas iniquitatis habent, qui per munditiem sanctitatis lucent. » Quæ causa fuit, cur Agathon (ut narrat Rufinus lib. 5 de Vitæ Patrum) plurimum Monachorum Pater, cum longam vitam gloriosioribus operibus inelytam beatissimo fine clauderet, tres continuos dies oculis apertis stetit attonitus, et, ut videbatur, anxius non tam cum morbo atque morte, quam cum animo ipse suo et cogitatione luctabatur: et mirantibus eâ causâ Fratribus, se dixit in theatro judicii Dei positum vehementissimè reformidare: nam tametsi nullius criminis sibi conscius esset, et toto animo contempsisset in vitâ, ut Dei legitime obsequeretur; enimverò homo, inquit, sum, et minime scio utrum opera mea placeant Deo; addebat et metus sui hæc rationem: *Aliud esse iudicium Dei, et aliud hominum.*

Hæc opinor, eandem cogitatio Arsenium, plenum meritis et gratiâ virum, in ingentem formidinem confecit: qui in abitu ab hæc vitâ, cum lacrymarum vim magnam effunderet, interrogaverunt qui tum præsentibus adfuerunt seniores bonè multi et religiosi viri, num timeret. In veritate, inquit, timeo; et hic timor semper in me fuit, ex quo monachus factus sum. Quid aliud hominè litationem, qui septuaginta totos annos incredibili religione et angelicis propè moribus innocentique Deo servierat, in occasu vitæ magno horrore perfundebat animumque debilitabat, nisi quod statum animi sui ignoraret, quem videbat et iudicabat Deus? Hæc nimirum de misericis nostris una est propè maxima, quod qualis sit quisque ignoret, nec humanum sufficit lumen, sed lucernâ Dei sit opus ad latebras conscientie pervidendas: è quibus fortè Numinis imperio, ut colubri è latibulo venenatè, exiliat aliquando noxa, et in conspectum omnium inducitur gravi iudicio puniendæ; de quibus ille qui admiserat nec susceperat cogitationem prius ullam, nec suspicatus fuerat. An non igitur causa est, cur prudentes viri, qui ratione omnia expendunt atque moderantur, continuo in metu sint,

ne pavore deinde sempiterno exhorrescant? An non illic intebantur Apostoli, cum tam seriò graviterque monent, ut cum timore et tremore salutem nostram operemur?

Accedit, quod divina profectò profunda sint, et velut in recondita abyssu latentia, eo ipso formidabilia humano generi; quæque magni timoris materiam subministrant: de quibus utamur sapienter cogitemus; quod non fieri nisi à paucis Deum vereciter dolet Regius vates, et apud Deum ita queritur: *Auferatur judicium tua à facie ejus, vel, ut est propriè in Hebræo: Altitudo sunt judicium tua à conspectu illius.* Psal. Heb. 10, 5; hoc est, remota sunt, magna quidam interpedine ab eo distant, non videntur, non cognoscuntur.

VERB. 12. — SI REPENTÈ INTERROGET (1), QUI RESPONDEBIT EI? VEL QUI DICERE POTEST: CUR ITA FACIS? Quis enim tam perspicax ut valeat respondere Deo ex inopinato ad tribunal conscientie rapienti et interroganti? præsertim cum superiorum Judicem non habeat, qui ab eo facti sui rationem exigere possit. Bonè observat hic Joannes à Jesu Maria, interrogationem hæc repentanam raptum quemdam esse ad conscientie tribunal, ubi coram Deo sistitur homo, à quo si Deus velit rationem exigere, obmutescit: quemadmodum qui de gravissimâ questione aliquâ repetè rogatur solet obmutescere, licet ingenio ac doctrinâ excellat, cum imparatus præoccupatur. Aliud quippe est rem scire, aliud inexpectatè rogatum respondere; et hoc quidem apud mortales: at coram divinâ majestate omnis hominum sapientia et perspicacitas stupor quidam est et ignorantia.

Ceterum hæc interrogatio repentina in hæc mortali vitâ fieri solet, cum Deus hominem, tametsi justum, nescientem tamen utrum odio vel amore dignus sit, intra conscientiam propriam ad questionem vocat, et velut extemporanè telo percillit. Potest quæque subita questio ad raptum in iudicium pertinere, ut is repentè interrogari dicatur, quem mors inopinata imparatum offendit, quem constat Deo sciscitanti respondere non posse. Et quoniam fecimus mortis mentionem, an non ea cogitatio commovere quæque animum debet, et continuum hunc metum suadere? Nihil enim est certius quam esse aliquando morientem

(1) Id est, aliquem iudicet, puniat. Si nos imparatos ad iudicium trahat רָאָהוּ מָהוּ? an (vel certè), rapiet, rapiat, i. e., si rapiat, leonem more, pedes de improbis sumens. *En quod ipse rapit, ecce, si quid raptum auferat.* וְרָאָהוּ מָהוּ? idem quod וְרָאָהוּ מָהוּ? organum facile inter se permutatis. Bis tamen legitur, hæc, et Prov. 25, 28.

QUI RESPONDEBIT EI? מִי יַשְׁבֵּיב, quis revocabit, vel, restituere faciet, reducat eum? Nempe, à proposito suo, si quem de medio tollere volet. Docet irretractabilia esse Dei iudicia ac decreta. *Quis avertet eam?* scil. à rapiendo, i. e., quis impedit, vel prohibet? *Quis reducat, vel recuperabit illud?* *Quis requirat illud de manibus ejus?* (Nempe, quod ab eo raptum est.)

QUI DICERE POTEST? Heb.: *Quid facis?* Quis ab eo rationem exiget? (Synopsis.)

dum, nihil incertum quàm quo tempore, et quo modo id sit futurum, quæ res semper in Ecclesiæ Dei prudentem et sanctissimum hominum animos increduliter anxios et sollicitos habuit. Nam deprehendi imparatum, rapique ex hæc vitâ non supputatis nec digestis bene rationibus ad exponendam vilificationem suam, tam horribile malum est, ut nullum majus aut formidabilis esse putem. Itaque Deus ut supplicium longè maximum atque miserimum apud sanctum vatem illud minatur populo ingrato, dura et scelerate mentis, quem mollire nulla beneficia queunt et reducere ad meliora. Comparat enim Jeremias populum Hebræum impunitâ malitiâ furentem cum onagro, et addit e. 2, 24 : *In menstruis ejus invenient eam. Pro menstruis Aquila vertit in Kalendis, Chaldaicus alique, in tempore suo.* Alludit ad onagri consuetudinem, quem prodiit Rabbi Salomon uno anni mense dormire, quo capi solet, cum cæteris vigilet. Ita fore dicit propheta ut divinarum legum oblitus, qui quasi continuo stertunt, nunquam mentem ad alitum ex hoc mundo et divinarum legum magnitudinem cogitant adinvenire, certâ horâ, inexpectato olim tempore, in somno illo suo de improviso captiantur, atque prius horribico solio et tribunalis Dei sistantur, quam de morte et judicio cogitaverint.

Illud idem quàm sit hominibus calamitosum ex propheta quoque Amos licet colligere, qui lamentabile exitum illis qui extremarum rerum cogitationem a se rejiciunt, nec ullo metu continentur : *Vae qui separati estis in diem malum ; Amos 6, 5.* Tigurina vertit : *Qui in longinquum rejicitis diem malum ;* Pagninus : *Qui longinquum putant diem malum.* Nam quæ nec igneus vident manibus fulminantis è solio Dei, nec theatrum vallis Josaphati consecratis metuendum, nec fauces erebi apertas ad eosdem recipiendos, putant judicium aut nunquam futurum, aut tam longè positum, ut commoveri tragœdiis illis minime oporteat. Verè enim ait Aristoteles lib. 2 Rhetoricorum, cap. 6 : *Quæ longinqua sunt non metui.* In illâ verò opinione confundatâ quæ evidendâ ex omnium animis auctor primùm religionis Deus, tum Apostoli, Ecclesiæ deinde lumina sancti Patres magno studio elaboraverunt, dum contendunt proximè abesse judicii diem, et pari cursu cum extremo vitæ die concurrere, Ita magnus mundi Judex citò se venturum denuntiat ad rationes omnium repetendas et severo judicio puniendas. In Apocalypsi c. 3, 11 : *Ecce inquit, venio citò.* Et c. 22, 7 : *Ecce venio velociter.* Quasi forum subsellium jam instrueretur, et tribunalia judicium et sedes Christi gloriosa terribilo fulgore collicens; quasi modo sigillum Filii hominis creare suo et clavis inauratis latè rutularet; quasi denique jam vocalis et fortissimus ille angelus inelamatus esset : *Surgite mortui, venite ad judicium.* Quam tibiam continuo resonantem audiebat S. Hieronymus, et toto animo atque omnibus artibus horrebant. Cum verò in obitu cujusque par futurum sit Numinis sancti judicium, quod in decretorio magno die pronuntiabitur, atque in omnem æternitatem sit

ratum atque fixum, quod de unoquoque suâ in morte statuitur, verissimum est citò venturum, atque ad eam jam instare judicium magni diem respectu singulorum. Sic S. Joannes jam novissimum horam esse denuntiabat, et Christus in Evangelio esse propè in januis. Itaque ex Apostolorum institutione ac monitis veteres Christiani vix unquam diem nominari audebant, quin subito mentem et cogitationem ad extremum horribilemque diem judicii magni referrent. Et quidem ita loqui solet Apostolus, ut dei nomine illum ipsam intelligat; ut cum agit de coronâ beatæ vitæ atque sempiternæ, *quam reddet*, inquit 2 Tim. 4, 8, *mihî in illâ die justus iudex.* Quænam autem est illa dies? Neque enim ullius ante mentionem fecerat. Sed tum quidem de hoc dubium nullum esse potuit Christianis, cum per antonomasiam ita seirent nunquam mundi ultimum et metuendum diem, Ita quoque in Evangelio Filius Dei loquitur Math. 7, 22 : *Multi dicent mihî in illâ die.* Quod eodem planè modo intelligendum est, cum nullus prius die meminert.

Hæc igitur si cogitatio mentem occupaverit, non poterit in piis quidem atque probis non exultantem animum componere atque ad metum pectore Christiano dignum revocare, ne in illo ipso die imparati et confusi reperiantur; insidiantem quasi mortem semper ad latus sibi habere videntur, cujus telum nullo artificio possint effugere: cum timore ad ictum parant se, et cum Davide animam in manibus suis circumferunt, ut cum illam Rex coelestis, qui creavit ornamento donis suis, reperierit, se bonâ pleni et gaudio recreati possint tradere.

VEL QUIS DICERE POTEST : CUR ITA FACIS ? Hoc ad extollendam Dei altitudinem plurimum conducit, et in rem præsentem impendit quadrat. Est quippe allusio ad iudices supremos, qui non timent actuum suorum cognitores, qui facta rescindant. Idem posset quoque non solum de supremo Dei in res omnes dominatum exponi, verum etiam de absolutissimâ ipsius in universis operibus et iudiciis perfectione; ac si Jobus dicat : Nunquam ita demens sim, ut cum Deo disciplem, cujus opera et iudicia eâ puritate et justitiâ nitent, ut nemo possit ei quidquam objicere; nemo possit jure dicere : *Cur ita facis?* Cum exploratum sit nihil ab eo nisi purissimum et justissimum proficisci posse; quia, ut Psalmista canit Psal. 109, 6 : *Opera manuum ejus veritas et iudicium.* id est, vero iudicio stabilita, nihil injusti secum trahentia. Nam, ut idem Psalter ait, Psal. 18, 40, *iudicia Domini verò, justificata in semetipsa;* ita ut à nemine redargui possint.

VERS. 15. — DEUS, CUJUS IRE NEMO RESISTERE POTEST (1), ET SUB QUO CURVANTUR QUI PORTANT (2). *לֹא יִשְׁבַּח אֱלֹהִים, Non avertet iram suam, ad prohibitionem aut resistantiam cujusquam, ubi eam semel exerceat et excoqui decreverit, à nemine archibatur aut impeditur.* וְרוּחַ שׁוֹרֵר יִחַרְרֵם, *sub eo incurvantur, deprimentur, succumbunt adiutores elationis, i. e., qui suo robore et potentia freti inflatque alios adjuvare conantur adversus Deum. Nemo optulatore et vindicem agere potest eorum quos Deus rapare decrevit.* (Rosenmüller.)

ORBEM. Eodem modo clamat ex oraculo Nahum c. 1, 6 : *Ante faciem indignationis ejus quis stabit et quis*

Non eodem sanè modo adversus scelera nostra irascitur Deus, uti vana est ira hominum : *Vana est sine viribus ira.* Punit acriter, nec hostem suum elabi è manibus suis patitur. Nunquam Deum fugit peccator, cui criminis penas dare sive in hæc vitâ, sive in alterâ necesse est. Sive potius : Deo inconstanti non insidet, ut si quis temerè irascuntur, et fallè pacantur. Justè semper, sapienter, constanter et moderatè indignantur. Septuaginta : *Ira ejus inflexibilis est, non remittit iram, nisi ille, à quo lesus fuit, ad officium redierit, siveque justitiæ satisfecerit.*

SUB QUO CURVANTUR QUI PORTANT ORBEM. Hebræus : *Sub eo incurvantur se potentissima adiutoria.* Thraones illi, qui sese opem miseris allaturos, et terram liberatores tyrannum et publicæ quietis perturbatores, ut Hercules apud veteres, gloriantur; heroes, inquam, illi, qui se invictos rentur, sub quibus curvantur omnia, hæceteris cavillosa coram Deo cognuntur; incumbente capibus illorum, divinus manus robore, et majestatis pondere. Sunt qui explicant de angelis, quos Deus mundo, regnis, imperiis præfecit. Alii de regibus et viris in terrâ principibus. Tremunt illi coram Numine, nec audent vires suas cum ejus robore componere. Alii sunt demones, ab Apostolo appellati *rectores tenebrarum harum.* Septuaginta : *Incurvati sunt celi, qui sub caelo.* Hi spectasse videntur fabellas quædam similes rabbinis, quibus mundus humeris Levitanti incumbere dicitur. Utinam tale quid spectabat S. Hieronymus, cum vertit : *Sub quo curvantur qui portant orbem?* Fortè Titanas, qui, si poetas audias, sub montibus ab Jove clausi, motu immanium corporum terram acriter quatunt :

Et fessum quoties mutat latus, intremere onem.

Murmure Trinacriam. (Calmet.)

Etiam Deus, comme il est, nul ne peut résister à sa colère, et ceux qui portent le monde fléchissent sous lui. Ce qu'il y a de plus relevé et de plus puissant sur la terre et dans le ciel n'est rien devant Dieu, c'est ce qu'il entend par ceux qui portent le monde, c'est-à-dire ou les anges que le Créateur a établis pour gouverner et comme pour soutenir le monde; ou les princes de la terre; qui soutiennent en quelque sorte le monde, ou qui sont au moins obligés de le soutenir par la sagesse de leur conduite, et par la puissance que Dieu leur a mise pour cet effet entre les mains. Aussi le nom de prince et de roi signifie en langue hébraïque et en langue grecque la base des peuples. Ce qu'il y a donc de plus élevé et de plus fort dans le monde se sent obligé de fléchir sous celui dont la colère peut réduire en cendres tout l'univers.

Comment toutefois, dit saint Grégoire, l'Écriture déclare-t-elle en ce lieu que nul ne peut résister à la colère du Tout-Puissant, puisqu'elle-même nous avertit en divers endroits que plusieurs se sont opposés aux effets si redoutables de sa vengeance ? Mais n'a-t-il pas résisté à la colère de Dieu, lorsqu'il s'est offert de mourir pour le salut de son peuple ? Aaron n'y a-t-il pas résisté, lorsqu'en prenant l'encensoir entre ses mains, il s'est mis comme entre les vivans et les morts, et a arrêté par la fumée de l'encens le feu exterminateur ? Phinée n'y a-t-il pas résisté, lorsqu'il opposa son ézele à la divine justice, et qu'il désarma le Tout-Puissant avec l'épée dont il perça les prévaricateurs ? Mais il faut bien remarquer, ajoute ce Père, que tous les Saints qui ont résisté de cette sorte à la colère de Dieu, réservaient de lui auparavant les moyens mêmes qu'ils employaient pour y résister; parce que étant favorisés intérieurement de sa grâce, ils ne s'opposaient à lui que par la vertu de cette grâce même dont il les avait remplis. Heureux ceux qui n'étant pas du nombre des présomptueux et des superbes, auxquels Dieu résiste, se rendent

resistet in ira furoris ejus ? Similia passim occurrunt in aliis Prophetis, quibus providit amantissimus hominum Deus, ut divinitus afflati Scriptores de ipsius ira et ultione tanta magnificè terribiliter dicerent, ut vesani homunciones intelligant quàm sit formidabilis et in omnem partem metuendus, adeoque Dei timorem salutarem semper retineant. Hinc propheta rem arcanam humanis symbolis describentes Deum inducunt velut in campum ingredientem contra insensatos flammiferum curru invecum, cinctum fulminibus et procellis, quas dirâ et insuperabili potentia in caput inimicum effundat. Sunt illa Jeremæ c. 50, 25 : *Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquesces.* Apud Isaiam : *Terrorum brachii sui ostendet in comminatione furoris et flammâ ignis devorantis; altitudo in turbine et in lapide grandinis.* Hunc igitur potentia Dominum et ferocitatem in scelus armarum suscinere quis possit, quin ad nutum ipsius venientis et terroris significationem pavore examinetur ? Illius verba sunt tonitrua, minæ fulmina, tela, motus, et accessus ad puniendum ruina extremaque desolatio. *Deus majestatis intonuit* (inquit David Psal. 29, 5). *Vox Domini confringens cedros,* Psal. 28, 5. Cedrus appellat aut elatos tumida superbia, aut potentia opibusque præcellentes, ut supra mortales alios dignitate atque imperio subvertos (quos hoc loco Job intelligit per eos qui portant orbem); ne quis putet magnitudine potentie suæ et humanæ gloriæ pompâ se gravem illius manum, vitam eripientem, posse defugere.

Itaque divine literæ ad instructum apparatusque Numinis adumbrandum, quo cælum terramque tremefacit, ex humanâ consuetudine, que in hoste maxime horrida sunt, illi tribuunt arcum et sagittas, vasa furoris Dei, fulgurantem hastam, framæam carnes devorantem, flammam, turbinem, nigram tempestatem; quibus sacri vates nulla majora aut magnificentiora excogitare poterunt ad percellendos hominum animos qui utuntur ratione, ad vindictis scelorum Dei incredibilem majestatem tum cogitandam, tum pro eo ac convenit formidandam. Habet turbinem, qui humanâ vi sisti nequit; tam rapidâ tamque ignea utitur celeritate, ut prius te lasum et examinatum sentias, quàm feriri posse suspicaris. Nulla laurus illius fulmen arect et defendit; atra è caligine erumpit savâ et immanitate, quæ pestem, cladem et calamitatem immitit. Ad cumulum inauditi horroris antecambulos habet duos, mortem et satanam; quorum tela et inevitabiles ictus nunquam frustrantur : *Ante faciem ejus citò morietur, et egredietur diabolum ante pedes ejus,* canit Habacuc c. 5, 5, coelestium monitorum interpres. Hæc et similia cum apud se reputant propheta, omni animo corroborescunt; Deumque reverentes cum Davide exclamant Psal. 89, 14 : *Quis novit potestatem iræ tue ?* Quis, ô pollens orbis dominator, prout par est vim, robur, magnitudinem iracundiæ dignes de l'apaiser dans sa colère par l'humilité et l'ameusement de leur cœur ! (Sacy.)

tuae cogitat? quis meditando et ratiocinando consequitur? Cum placeat mundum punire nequitia pollutum, magnis sceleribus contaminatum, ad nutum aestuantis oculi tui delinunt gentes, montes liquefiunt, terra dehiscit, caelum ut liber involvitur, natura tabescit. *Aspexit*, inquit Habacuc, c. 3, 6, justo videlicet furore inflammatus. Quid igitur inde sequitur? *Et dissolvit gentes*; vel, ut est apud Septuaginta, *Kai dhraxa ibn, Et distabuerunt gentes*. Amos pari sapientia praeditus, et timore consilii obstupescens, *Domini*, inquit c. 9, 3, *Deus exercituum qui tangit terram, et tabescet, et lugebunt omnes habitantes in ea*. Quis ergo novit potestatem irae Dei?

In isdem meditando versati deinde Apostoli, nullum finem faciebant monendorum mortalium, ut aeternum adorandum Numen et immensam illius potentiam reformidarent. Clare D. Paulus, ut in Evangelio tuba, illud resonat esse *horrendum incidere in manus Dei viventis*, Hebr. 10, 31. Et beatissimus Joannes in Apocalypsi ait reges auro et gemmis coronatos, purpurâ insignes, gloria suae majestate conspicuos, dominatu et potentia feroces, et immitantes penae dicam celo, ad occursum tamen fulminantis irae Dei linqui animo, obstupescerit et sideratos, fugere in speluncas, metu fractos, momentis propè singulis emorientes, lobque ob iram agni, cum modèratis capite scelerata comprimit, quod ipsum B. Job hoc loco significat cum subdit:

STRUO QUAEVANTUR QUI PORTANT ORBEM. Hebraice *לְרַבֵּי חֵזֶק הֹרֵדוּ* *horez rabad*, id est: *Adjutores altitudinis seu superbiae*; vel, ut Chaldaeus vertit, *adjutores fortis*, id est, angeli et principes tum boni tum mali, qui mundum gubernant, et potentia, sapientia, imperio suo quasi manibus et humeris suis portant. Symmachus accipit de malis principibus, dum sic vertit: *Sub ipso incurvabuntur qui nituntur arrogantia*; Septuaginta quoque de malis accipiunt: *Sub ipso incurvati sunt ceti qui sub caelo sunt*, isque magis faveat. Hebraea; doctissime autem, et huic libro aptissime potentes homines parabolice appellant cetos, praesertim eos qui tyrannice imperant; qui sicut ceti pisciculos minores ita subditos deglutunt, et eorum facultates absumunt; qui omnes sub potentia manu Dei incurvantur, et ejusdem irae subiciuntur. S. Gregorius, lib. 9 Moralium, cap. 15, huic locum de bonis principibus exponit: *Ipsi enim, inquit, orbem portant, qui curam praesentis seculi tolerant. Tantorum quippe pondera unusquisque sustinere compellitur, et quantis in hoc mundo principatur. Unde et terrae princeps non incongrue Graeco eloquio βασιλεύς dicitur. Atque enim populus interpretatur: βασιλεύς igitur βασις vocatur; quod Latine videlicet lingua haec sis populi dicitur, quia videlicet ipse super se populum sustinet, qui motus illius potestatis pondere fixus regit; quo enim subjectorum suorum onera tolerat, ac quasi superpositam columnam basis proelat.* Et paulo post cap. 14, per eos qui portant orbem etiam angelos intelligit, qui incomprehensibili Dei fortitudini, celsitudini et sapientiae quam humil-

limè se inclinant: *Ipsi enim, inquit, orbem portant qui regendi mundi curas administrant, Paulo attestante: Nonne omnes sunt administratori spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis?* Hebr. 4, 14.

Allegoricè idem S. Gregorius, cap. 15 citato, haec accipit de vocatione gentium, quarum reges et principes fidei christianae colla submisserunt supremam Christi auctoritatem et potestatem profitentes. Sicut etiam post Jobum Ezechiel supremos monarchas sub typo animalium orbem aut totos portantium vidit habere super capita sua Deum in solio gloriae tanquam supremum gubernatorem confidentem; ad cuius vocem animalia demittebant alas, et se omnino subdebant.

Tropologicè S. Hieronymus huic locum interpretatur de viris sanctissimis, qui suorum meritorum gratia, quae poliunt apud Deum, sustinent orbem sive humanum genus, ne propter scelera iniquiorum à divina justitia dissolvatur. Verba S. Hieronymi sic habent: *Portantes orbem sancti recte intelliguntur, qui gloria meritorum suorum magni et potentes sunt apud Deum: hi ergo cordis humilitate ad interveniendum pro peccatoribus in conspectu ejus sunt incurvati. Ita sancti portant mundum, dum cum ne ruat ac peccata orationum fortitudine sustinent.* Quemadmodum in Brevariario Romano quartâ Octobris in Lectionibus secundâ nocturnâ de S. Francisco legitur, quod cum summus pontifex Innocentius III, in somnis viderit divinitus collabantem Lateranensem Basilicam suis humeris sustinere.

Nonnullis visus est interpres noster altiusse ad fabulam Atlantis, regis Mauritaniae, celeberrimi mathematici, aut etiam Atlantis montis; quorum alter sua scientia matheseos singulari, alter prodigiosa altitudine caelum quodammodo futeire dicitur est. Sed haec ut fabulosa, ita etiam non satis digna sunt, ad quae sacer interpres in re tam seriâ et gravi alludere censendus sit. Ad sanctos potius angelos respexerit, rerum naturalium et humanae salutis procuracione orbem quasi portantes; qui curvari dicuntur, dum (uti dictum est) coram divina majestate seipos demittunt, ejusque potentiam et sapientiam demirantur, ut sit argentum à majori ad minus, q. d.: Nunquam tulit animus ut repugnare ei, cui à nemine resisti potest; vel ut me erigerem adversis eum, qui potentissimae creaturae sese submittant atque prosternunt. Unde subdit:

VERB. 14 — QUANTUS ERGO SUM EGO, UT RESPONDEAM ET (1), ET LOQUAR VERBIS MEIS CUM EO? QUAESTIO DICTA:

(1) In genere dicta ad se speciatim accommodat. *וְאֵיךְ אֶפְתָּח וְאֵיךְ אֶעֱנֶה לַיהוָה? אֲנִי אֲדַבֵּר וְאֵיךְ אֶעֱנֶה לַיהוָה? אֲנִי אֶפְתָּח וְאֵיךְ אֶעֱנֶה לַיהוָה?* *quâto minus ego ei respondebo? si me in jus vocet, si mihi apud eum agendum sit, aut contendendum, quom robustissime ille creatura, montes, mare, caeli, et cedant, et quaecumque robore offeruntur et praestant, אֲנִי אֶפְתָּח וְאֵיךְ אֶעֱנֶה לַיהוָה, eligam verba mea cum eo, i. e., apud eum selectis uti verbis, ut verba seligere solent, et propria accommoda quaerere, qui apud iudicem aut principem locuturi sunt, aut causam acturi; quanto minus ego verba coram eo instruam, quarum et seligam, quibus eum compellem?* (Rosenmuller.)

Si robusti illi Atlantes, orbis portitores, nihil adversus Deum valent, sed sese supplices ante divinam majestatem incurvant; quanto minus ego debilis et infirmus homuncio adversus eum praevalero, ut audeam illi respondere, aut, quod audacioris est ingenii, repugnare? Sunt verba vires suas extenuantis, et imbecillitatem propriam confitentis, certamen subterfugientis, et sub potenti manu Dei sese humilantis, et cum Abrahamo, divinae majestatis vilitatem suam opponderantis, ac prae submissi animi reverentia dicentis: *Quantus sum ego, ut verbis meis loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis?* Utilis profectò et S. Jobo digna consideratio; quam utinam omnes adhiberemus, antequam coram Deo preces nostras effundamus, haud paulò sane attentius, quam plerumque facimus, oraremus.

Quod cum probè nossent sancti Patres, quantum ad orationem ritè insitendum momentum adferat, sedulo non morant, ut ante orationem cum animo nostro reputemus, quem adfari, cujus frui conspectu colloquioque appetimus. *Cogita* (inquit S. Chrysostomus in Psal. 145), *τίς ἐπέσθη, καὶ ἀπαὶ οὐ εἰς ὄψιν, ἀδ quem accedis, et sufficit ad inducendam tibi vigilantiam, etc.* Acturi enim sumus cum angelorum Domino, quem beatae illae mentes inusitato metu oppletae, et pudore vultum innumbrantes demississime venerant. Nam, ut piè et eleganter Petrus Chrysologus serm. 5, ait: *Archangeli tremant, pavent angeli, postestates metunt, in faciem prorunt caeli seniores, elementa fugiunt, solvuntur saxa, montes deorsum, terra tremat, et homo terrae intrepidus intrabit.* Cum rege colloqui vel imperatore existimatum fuit olim munus divinum, ad quod insignis quaedam modestia cultusque requirebatur. Hinc Theodoricus rex apud Cassiodorum lib. 5, Epist. 22, ait: *Quilibet habere nostra colloquia, munera credit esse divina.* Nos ergo elati, et nihil minus quam de augustâ Numinis potentia et gloria cogitantes, non

Si nemo, quantumvis potens, et validis auxiliis fulgus, Deo obistere potest, quid ego, miser, solus? Cum montes, mare, caeli ei cedant, quid ego, infirmissimus et abjectissimus hominum? etc. In genere dicta ad se privatim accommodat. *Quantus sum ego* (sub. deprimatur, vel humiliabor, id ex praeced. versu subintelligit), *si alloquar eum, et (ut sequitur) eligam verba mea cum eo?* i. e. si tentem contendere et selectis verbis concurrere cum eo? *Nedum ut ego cum eo disceptem; tantum abest ut ego ipsi responderem sive. Alii sic: At ego quoque alloquar eum.*

ET LOQUAR VERBIS MEIS CUM EO? *וְאֵיךְ אֶפְתָּח וְאֵיךְ אֶעֱנֶה לַיהוָה, eligam verba mea cum eo? selectis utens verbis apud ipsum? quibus ipsum compellem, ut solent qui apud iudicem locuturi sunt verba propria et commoda quaerere. Electurus verba mea, quibus uter contra eum? i. e., de industria litigare ac stultitiam agenda: cause meae? Fingenda totum verbum sic reddidit. *Multo minus ego respondere potero ei, eligere verba mea ad loquendum cum eo.* Alii sic: *Aut praesertim congredu cum eo verbis meis et eligam verba mea cum eo? et coner apud eum uti verbis selectis? ut certum cum eo. Alii sic: Et proponam sermones meos coram ipso.* (Synopsi.)*

SED MEM JUDICEM DEPRECATOR, id est, suppliciter eum eo agerem ut faciant angeli, Isae. 6, 2. (Grotius.)

ferendi animi temeritate ad Dei commercium ruemus? Certè impritò opus est (ut sancti Bernardi serm. 7, in Cantica verbis utar) *verecundi comitari precem, commendare precantem; opus reverentia et pavore quodam sancto filiorum Dei proprio; quem his verbis commendat Lactantius Firmianus lib. 6 Divinarum institutionum, cap. 25: Stimulus, inquit, ceteri Dei ritus est, ex ore justi hominis ad Deum directa laudatio; quae tamen ipsa, ut Deo sit accepta, humilitate, et timore, et devotione maxime opus est; ne quis fortè integritatis et innocentiae fiduciam egrens, timoris et arrogantiae crimen incurrat, coeque facto gratiam virtutis amittat.* Ad hunc itaque plurimorum naufragis infamem scopulum cautè devitandum prudenter Job subingit:

VERB. 15. — QUI ETIAM SI HABERO QUODPIAM JUSTUM (1), NON RESPONDEBO; SED MEM JUDICEM DEPRECATOR. Id est: Etiam si justus et fuis puer, non contemdam eum eo, neque pro jure meo expostulabo, ut me de tantis malis et calamitatibus vindicet; sed id tantum precabor, ut mihi elementam et misericordiam suam impertiat. Ubi nota particulam conditionalem si diserte additam, ad incertitudinem humanae justitiae designandam, secundum illud Apostoli: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum.* 1 Cor. 4, 4; et ad ostendendum cujuscumque hominis justitiam valde parvam et imperfectam existere, si ad divinum examen expandatur, addit particulam diminutivam quiddam juxta illud Isae. c. 64, 6: *Omnes justitiae nostrae quasi pannus menstruae, sicut sunt coram illo.* Quare tantum aberrat vir sanctissimus, ut cum sublimissimi Dei majestate tanquam cum parvèlto iudicio contendere; qui potius è contra contendere, non tantum quando de culpis plentibus quaestio institueretur; verum etiam cum de bonis ejus remunerandis ageretur, nihil omnino hescere, nihil pro se loqui; sed iudicem acquisitum deprecari, ne justitiam ipsam scrutetur, sed prostrato ignoscatur. Divino nimirum Spiritu instinctus ex tunc praecognoverat vir

(1) *וְאֵיךְ אֶפְתָּח וְאֵיךְ אֶעֱנֶה לַיהוָה, si justus justificatus fuero, quod si etiam justus essem, cui etiam justus fuero, i. e., justam causam habeam. Etsi habeam bonam conscientiam sincerè timoris Dei, etc. Etsi habero me justum.*

NON RESPONDEBO, scil. illi me accusanti, aut sententiam ferenti: *אֲנִי מִן הַיָּשָׁרִים, non potero respondere, non alloquar, i. e., alloqui non ausim. Ne hescere quidem audeo, ejus majestate consternatus.* (Synopsi.)

Quom me Deus arguet coram se contententem, aut in me sententiam feret, et si pro me sit jus, et justa causa mea, non audebo illi respondere aliquid obijcanti aut in me proclamanti. Me enim rationibus obruet, et sua opprimet majestate. Imò vero, addit, *וְאֵיךְ אֶפְתָּח וְאֵיךְ אֶעֱנֶה לַיהוָה, disceptantem mecum deprecabor, si applicabo, ut me libens audiat, tantum abest ut audacter ei respondeam, etiam in causâ justâ, ut audacius et liberius coram iudice loqui solent, qui justam causam teneant. *יְבִישׁוּבַי* (forma *יְבִישׁוּבַי* Ps. 104, 5) in jus me vocans, sive, in ius mecum descendens; species piel enim inferre videtur actionem inter duos. Nihil opus, cum Bergio legere *יְבִישׁוּבַי* *יְבִישׁוּבַי*, ut sit *יְבִישׁוּבַי* h. i. *justitia cause*, ipsiusque jus, quod quis tanquam suum possit deponere. Conf. Cap. 27, 2. coll. 34, 5, 6. (Rosenmuller.)*

sanctus Deum, cum ad iudicium venerit, ipsas etiam justitias iudicaturum, quemadmodum postea per os Davidis disertè minutus est dicens, Psal. 74, 2: Cùm accipero tempus, ego justitias iudicabo. Quo etiam sensu postmodum à Malachià dictum est, Malach. 3, 5: *Colabit filios Levi*, id est, districtè examinabit justos, qui per filios Levi designantur.

Terribile profectò verbum, quod iure debeat maximum mortalibus timorem incutere, quemadmodum mox paulò post de semetipso Job confitetur dicens, Job. 9, 28: *Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti*. Eadem iudicii divini severitas, secundum S. Hieronymi expositionem, significatur in Sophonià his verbis: *In tempore illo scrutabor Hierusalem in lacernis*, quæ loquendi formula duo significat: primum, scilicet exactissimum oculorum etiam criminum inquisitionem (nam qui domos rei alieque investigandæ gratià scrutantur, accessum lacernam adhibent, quam ad omnia loca et omnes angulos perferunt, quòd lumen, solis penetrare non potest); deinde, reddendam esse rationem rerum etiam minimarum, et quæ oculorum aciem subterfugere videntur, eujusmodi sunt non verba tantum otiosa, sed otiosa etiam cogitationes: huiusmodi enim, id est, minutissima et subtilissima esse solent, quæ in dominus accessu lacernam investigantur. Denique eandem severitatem expressit Regius vates dicens, Psal. 95, 14: *Quoniam non repellet Dominus plebem suam, quoadusque justitia convertatur in iudicium*. Ubi Theodoretus hanc justitiam ipsamet Christum interpretatur: hic enim in primo quidem adventu conversus est in misericordiam; sed in secundo convertendus est in iudicium. Verum communiter interpretes accipiunt de ipsamet divinà justitià, quam Dominus in iudicio exercebit. Hoc sensu futurum est, ut justitia Dei, quæ modò dissimulat, et vindictam differt, in ultionis iudicium convertatur, et ad executionem procedat, ut significatur modò, justitiam divinam ferre quidem sententiam secundum presentem justitiam, sed interpellante misericordià non semper progredi ad executionem; illo autem extremo die ad executionem processuram.

Est autem hic iudex ad eò perspiciet et acutus, ut ubi homines de justitià præsumunt, ibi malitiam deprehendat, juxta illud Paromiasæ, Prov. 16, 2: *Omnes viæ hominis patent oculis ejus*; seu, ut est in Hebræo, *munda sunt in oculis ejus*. Hoc est, plerique hominum ita sunt erga seipos affecti, ut omnes eorum actiones illis munda videantur. Et statim subdit: *Spiritus ponderator est Dominus*. Quasi diceret: Videte quid de vobis sentiat: non enim vos vestram actionum censors et aestimatores esse debetis, sed ipse Dominus: quare licet vos vestra opera bona esse credatis; tamen cum ad divini iudicii trutinam vocabuntur, in quâ subtilissimè spiritus et altitissima intentiones expenduntur, mala fuisse cognoscuntur. Nemo igitur de suo justitià superbiat, sed de divino iudicio contremiscat; et cum Jobo iudicem suum deprecetur. Vide plura de divini iudicii

districtione supra cap. 7, versu 8 et 21, annotata et explicata. Quid autem sui deprecatione Job consequatur ostendit, cum subdit:

VERS. 16. — ET CUM INVOCANTEM EXAUDIERIT ME, NON CREDO QUOD AUDIERIT VOCEM MEAM (1). Ad eò, inquit, venerit et revererè majestatem Dei, ut si quando me orantem exaudiat, mihi persuadere non possim vocem mei miselli hominonis ab excelssissimo Deo exauditam fuisse. Quæ Jobi verba planè mirabilè exactam demissis ejus animi significationem continent. Sic nimirum solet interdum usu venire, ut vir aliquis plebeus et gregarius, nullo nobilitatis titulo insignis, potentissimo cuiquam regi dudum famulus, officium aliquod lautum et lucrosam, aut favorem quempiam rarum à rege per libellum supplicij postularet, et obtineat: cujus certè rei, præter opinionem, felix exitus ut primum homini isti nuntiatur, nuntius primà fronte nonnunquam rejicit, iubeus illos abire salvos, et dicitans se in animum suum inducere non posse, aut ullo modo credere regem homini abjecto tantum indulisisse: non quòd nuntius istos mendaces esse opinetur; sed quòd bonus et æquus suæ vilitatis et regis celssitudinis aestimator allato nuntio attonitus hæreat, neque tam citò rem tantam sibi persuadere possit. Planè similis est hic Jobi sensus, qui ex altà suæ imbecillitatis divinat quæ majestatis cognitione ac comparatione si quidpiam obtinisset, sibimetipsi non satis crederet.

Potuit etiam hæc credendi difficultas ex aliis capitulis proficisci, quæ ad orationem theologico more requiruntur. Quis enim novit ita se orare ut exaudiat? Non ergo diffidit de bonitate Dei (ut Hebræi volunt, et Robertus Stephanus in scholis suis Bilibicis annotare nimis erubescit), sed tantum significat sibi non constare se exauditum esse: persistit enim in eà, quam dudum posuit, sententià, scilicet non de Dei nobiscum amicitia nequaquam esse certos.

S. Thomas et Cajetanus idem aliter explicant et dicunt, neque Jobum, neque alios, qui Deum assidue et ferventer orant, intelligere, an à Deo obtulerint vota sua, vel quod ipsis magis futurum sit ex usu: quia cum à morbo aut hominum injuriis crucientur graviter, orantque ut ab illis nature aut

(1) Similis est sententià versu 21: *Etiamsi simplex fuerit, hoc ipsum ignorabit anima mea*. Sanè coargunt hæc sententià manifestissimè falsitatem hodierni dogmatis hæreticorum, quò docent, eum tantum justificari et exaudiri à Deo, qui certò persuasum habet sibi per Christum dimitti peccata, aut se exaudiri, cum è contra sanctus Job dicit, *se non credere*, id est, non præsumere, sed cum filiali reverentià, et non sine timore suæ forè indignitatis, sperare tantum se esse exaudium. Dives Augustinus, scribens in hunc locum, allegat et illud Cor. 4, 5: *Sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum; qui autem iudicat me, Dominus est*.

ET ABORINABUNTUR ME VESTIMENTA MEA, id est, abominabilem me facient. Intelligit autem hoc de concupiscentià pravà relicta ex peccato originali, divus Gregor. lib. 9 Moral., cap. 28 et 29. Estque similis ille locus in Epistola Jada: *Odentes, et eam quæ carnalis est maculatam vestiam*. (Estius.)

fortunarum incommodis liberari concedat; etiamsi exorant quod vehementer orant, dubitant tamen, an ipsis ad salutem expedit magis sustinere adversa, quam optatis et secundis frui. Contingit, inquit divinus Thomas, quandoque quòd hominem Deus exaudiat non ad votum, sed ad profectum. Sicut enim medicus non exaudit infirmum ad votum postulatum amoveri medicinam amarum, eò quòd sciat eam esse salutiferam; exaudit tamen ad profectum, quia per hoc sanitatem inducit, quam maxime infirmus desiderat. Ita Deus homini in tribulationibus constituto tribulationes non subtrahit, quamvis deprecanti; quia scit eas expedire ad finalem ejus salutem; et sic licet Deus verè exaudiat, tamen homo in miseris constitutus exaudiri se à Deo non credit. Itaque hæc negotio concessio est; quia tam utiliter malò petita negantur, quam utiliter benè petita conceduntur. D. Paulus ter Dominum rogavit, hoc est, (interprete D. Chrysostomò ad eum locum) sæpè Dominum rogavit, ut discederet ab eo stimulus carnis suæ, angelus Satanae, qui eum colaphizabat; et tamen nunquam impetravit, dicente Domino, *sufficit tibi gratia mea*. An contemnebat Dominus suam Apostolum, cujus orationem non audiebat? Minime profectò; imò potius majori virtute cumulabat. Unde D. Augustinus Epist. 121, cap. 14: *Nonnullis, inquit, impatientibus Dominus Deus quod petebant concessit irate; sicut contra Apostolo negavit propius*. Quod Apostolus non ignorans repulsam modestè tulit; imò alacris et festivis exultavit repulsam passus, quam si voti sui compos redderet, dicens: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi*. Quasi diceret, inquit S. Chrysostomus Hom. 20 in Genesis: *Non solum postea liberari non requiro; sed etiam magnà voluptate gloriabor in illis*. Et paulò ante: *Nam cum Deus, inquit, aliquid nobis negat, non minus est quam si concessisset*.

Ceterùm Jobus cum requè ac Paulus liberari cuperet à diuturnà illà duraque carnificinà, idque iterum atque iterum oraret ardentè, neque tamen se labor ille remitteret, neque præterea secus quam Paulus qui divinam responsionem acceperat nõsset sibi durum illud certamen futurum ex usu, immisitque magis à benevolò quam ab infenso Deo, dubitare merito poterat suas à Deo preces fuisse repulsas; quò dubio durante non poterat esse sine metu. Quemadmodum is, quem sua culpa supplicio addixit capitali, etiamsi sibi ab eo qui summam in eo genere potestatem habet, remissa sit culpa, et supplicium illud capitale depulsum; timet tamen non minus quam antea, nisi quis illum faciat de remissione et principis voluntate certiore.

VERS. 17. — IN TURBINE ENIM CONTERET ME, ET MULTIPLICABIT VULNERA MEA ETIAM SINE CAUSA. Reddit rationem cur timeat, et cur in eodem sit angore, etiam post adhibitæ preces; quia num ad salutem et pacem fuerit exauditus ignorat. Est enim valde horribile dubitare quemquam, an sibi habeat infensum Deum; à quo momento temporis estingui possit, aut torqueri vehementius. Illud in turbine metaphora est

Scripturis usitata, ad declarandam veementem Dei iram, vel aliquam ab eo immissam afflictionem, quæ ad modum fragoris turbini tumentisque procellæ omnia per que transit, perit, dissipat, et convellit, pavoremque maximum animis injicit. Sic dicitur apud Jeremiam, 25, 19: *Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, et tempestas erumpens super caput impiorum veniet*; item ab Isaià, 28, 2: *Ecce validus et fortis Dominus sicut impetus grandinis, turbo confringens*. Pro in turbine Septuaginta transferunt *γίγνομαι*, caligine, seu horribili obscuritate. Quòd autem ait *sine causa*, idem est, quòd sine culpà, sine meo merito. Causa enim hic pro culpà accipitur, quæ propria peccata causa sine origo est. Et hic profectò sensus fidsimum Jobi animum in Deum demonstrat; quasi judicaret se non ob crimina, sed ad meriti augmentum tot calamitatibus obsideri. Potest quæque illud *sine causa* sic exponi, ut subaudiatur aliquid, scilicet *manifesta*, et ab homine afflictio perceptibilis. Si enim homo afflictus perciperet causam, quare Deus eum affligit, et quòd afflictiones sint ei utiles ad salutem, manifestum est quòd crederet se exauditum; sed quia hoc non intelligit, credit se non exauditum; et idè non solum exterius affligitur, sed etiam interior. Sicut infirmus, qui si nesciret se per medicum amarum sanitatem obtenturum, non solum affligeretur in gustu, sed etiam in animo. Et idè subdit:

VERS. 18. — NON CONCEDIT REQUIESERE SPIRITUM MEUM (1). ET IMPLET ME AMARITUDINIBUS. Non cessat, inquit, Deus animum meum stimulus perpetim urgere, ex quo efficitur ut amarulento afflictionis cito exsaturer: non solum enim gratis et sine causà, id est, sine ullo peccato, quòd quidem in me sit, me ad extremum usque torquet et affligit, sed etiam absque ullà intermissione nullam quietis morulam concedit. Septuaginta reddunt: *Ὅτι ἐξ ἧς με ἀναπνεύσει: Non enim sinit me respirare*. Quibus certè verbis Deum videlicet congressorem depingunt, qui omnes capiet occasiones, neque ullas elabi permittat. Etenim dum negotiorum dolorumque multitudine atque congerie nos ferè opprimi animadvertimus, non posse nos respirare vulgò dicitamus: unde hoc abii in proverbium jam à præcis illis temporibus, ad significandum nos facere aliquid indesinenter, et absque ullà vel minimà intermissione. Sic postea Theophrastus in Characteribus, cap. de Adulatione, dixit omnia sedulo, diligenter et ἀναπνεύσει, id est, *sine respiratione*, seu uno spiritu facere: quòd idem est quòd S. Hieronymus in quidam epistola dixit *unà salivà*. Jam verò

(1) *וְלֹא יִתְנוּ הַרְבֵּי רוּחַ*, non dat (vel dedit, non sinit) me reducere (attrahere, retrahere) spiritum meum, id est, anhelitum, h. e. respirare. Ne respirandi quidem locum in his malis mihi concedit. Nullum levamentum dat. Non sinitur me renovare spiritum meum, id est, suffocaret, strangularet me. Non sinitur respirare me, id est, sibi respondere, ne ejus justitiam coarguerem. Et implet me, *כִּי יִשְׁבֵּעַ*, quia, vel, sed (vel quia potius, vel nam) saturat me, saturavit, saturat, abunde me afficit.

AMARITUDINIBUS, *כִּי יִשְׁבֵּעַ* cum dages, ad orationem lectionis. Acerbissimis doloribus, quos aversatur, ut stomachus amara. (Synops.)

BIT ANIMA MEA, ET TEBERIT ME VITAE MEAE. Apertissime fatetur Jobus Catholicam doctrinam de incertitudine divinae gratiae, quae ad comprimendos grandes animos et piâ mansuetudine subjungendos opportunissimas est. Licet enim possimus gratiam in nobis esse nonnullis conjecturis advertere, non tamen aut scientia evidentiâ aut fidei divinae certitudine agnoscere. Id quidem scientia non assequitur, quae rem aut per causam aut per effectus venatur; causa autem gratiae divina voluntas est, ad quam cognoscendam nulla ratio naturalis ascendit. Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? Quasi diceret Paulus, neminem hanc voluntatem posse cognoscere, nisi Deus ipse illi sensa suae mentis aperiat. Effectus verò gratiae adeo occulti sunt et absconditi, ut eos neque sensus percipiat, nec cogitatio apprehendat, nec ipse intellectus, an à gratia manent, quae nos Deo gratos facit, certò cognoscat. Neque fides divina ad credendum nos gratiam et amicitiam Dei habere citra specialem revelationem movet. Quoniam licet fides asserat, hominem verbi gratia verè et ut necessarium est detestantem peccatum, divinam gratiam adipisci, tamen opinio et moralis existimatio falsitati ad deceptioni subiecta profitetur, me aut alium quentiam hanc peccati sufficientem detestationem promeruisse. Ex hac autem opinione non elicitur certa nostrae gratiae cognitio, sed probabilis ac verisimilis quaedam existimatio. Merito igitur Tridentina Synodus sess. 6, cap. 9, can. 14 et 15, anathema dicit hereticis, asserentibus nos, divinam ac specialem revelatione seclusâ, posse certò et ex fide credere, gratiam vitam et Dei amicitiam accepisse. Quam sanctorum Patrum verissimam certissimamque sententiam certè Scriptura divina non siliu. Salomon enim in proverbiiis ait: Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato? Ac si dixisset: Nullus id potest dicere, et sine ulla hesitatione affirmare. Quam sententiam evolvens Venerabilis Beda in hunc modum scribit: Non ait: «Culpâ fedâri, et sempiternâ morte interire. Nec immerito viros cordatos semper anxios atque exercitios habuit illa, quam oculis nostris offusam videmus, rerum humanarum nebula, praesertim ubi per hasce tenebras divina illa vox augeat terrorem: Nescit homo utrum amore an odio dignus sit, à Terribilibus est locustis, ait D. Bernardus Serm. 25, in Cantica, et toticus expers quietis; totus in horrore, si quando in eum raptus sum. » Qui horror ne in ipsâ quidem morte B. hilarionem deseruit, qui licet praecare sibi conscius esset vitae per annos septingenta Deo consecratæ, caeco tamen horrore quasi per caliginem obversante his verbis animum jam è senili ac ruinoso corporis ergastulo eluctantem confirmavit: Egrederè, anima mea, quid times? egredere, quid dubitas? eseptingenta prope annis servivisti Deo, et mori times! Tametsi enim viri illi summi communi hominum suffragio, à quibus penè usque ad nominis consecrationem colebantur, in spem non dubiam venire poterant se Deo charos esse, et ipsi rectè factorem se conscientia solabantur; non ignorant tamen alia

ET TEBERIT ME VITAE MEAE, וְיִדְּבֹרֵנִי מִחַיִּי, *aversabor (reprobabor, spernam, abominor, damnabo, sed spernam, propterea sperno), vitam meam (militique), dispiet et vita mea, tendet me vitam, prope concepto metu illius. Nihil aliud quam mortem opto. Nihil astimo vitam hanc, nec in illâ, ut vos promittitis, quero restitutionem et detestationem. Plura sunt in hac vitâ mala quam bona, etc. Despicio vitam meam, i. e.: Ingeniosus clamo: Quis liberabit me de corpore hujus mortis?* (Synopsis.)

justi atque sapientes, et opera eorum in manu Dei; et tamen necesse homo, utrum amore aut odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta. Munditiam et mentis puritatem adstruit, sed certam puritatis cognitionem negat; quam quidem possimus quibusdam conjecturis venari, non tamen infallibilis notione apprehendere. Deo minime revelante, quoniam ex multis, quibus aliquid falsum subesse potest, puta ex eo quòd benè sacramentum susceperim, aut sufficienter me disposerim, aut ex aliis similibus, hæc gratiae cognitio dependet. Quapropter non immeritò Job ait: Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, ac si apertè diceret: Conditioris contra me iudicia quâ temeritate redarguo, qui ipsum me ex infirmitatis caligine ignoro? Hæc ergo vite spiritalis anime non est nobis pariter ac vite naturalis comperta, cujus notionem tot impedimenta minus certam faciunt, tot dubitationes obscurant. Et quisque justus potest sibi precatationem Davidis assumere: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me, et ab alienis parce servo tuo. Quoniam ipsa quæ nescimus nos sapè maculant, nisi Deus, qui occultorum est conditor, quæ sibi displicent occulta detegat. Oh hanc autem gratiae incertitudinem subjungit:

ET TEBERIT ME VITAE MEAE. Quia scilicet nimis toleratu videtur difficile tanta mala pati, et interim herere incertum, an in tantis malis sis simplex et Deo placeas, an verò displiceas. Et sic potest vite todium cum tenebrosâ divinæ gratiae ignorance aptè conciliari, ut æquum sit tadeat nos ejus vite, quæ rei pretiosissimæ et felicissimæ dubium inducit. Profectò licet Jobus tot calamitatibus non infestaretur, meriò exosam potuit habere vitam, cui certitudinem divinæ benevolentie deesse cognovit. Hoc nimirum maxime angit Dei cultores, quòd postquam se laboribus prolixis confecerunt, ignorent quò pertigerint; hinc vehementer dolent, cum altè considerant, vel uno celerissimo affectu solere nonnunquam animum lethali culpâ fedâri, et sempiternâ morte interire. Nec immeritò viros cordatos semper anxios atque exercitios habuit illa, quam oculis nostris offusam videmus, rerum humanarum nebula, praesertim ubi per hasce tenebras divina illa vox augeat terrorem: Nescit homo utrum amore an odio dignus sit, à Terribilibus est locustis, ait D. Bernardus Serm. 25, in Cantica, et toticus expers quietis; totus in horrore, si quando in eum raptus sum. » Qui horror ne in ipsâ quidem morte B. hilarionem deseruit, qui licet praecare sibi conscius esset vitae per annos septingenta Deo consecratæ, caeco tamen horrore quasi per caliginem obversante his verbis animum jam è senili ac ruinoso corporis ergastulo eluctantem confirmavit: Egrederè, anima mea, quid times? egredere, quid dubitas? eseptingenta prope annis servivisti Deo, et mori times! Tametsi enim viri illi summi communi hominum suffragio, à quibus penè usque ad nominis consecrationem colebantur, in spem non dubiam venire poterant se Deo charos esse, et ipsi rectè factorem se conscientia solabantur; non ignorant tamen alia

esse iudicia Dei, alia hominum. Non enim cogitationes esse, cogitationes vestrae; neque viae vestrae, viae mea, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur caeli à terrâ, sic exaltata sunt viae meae à viis vestris, et cogitationes meae à cogitationibus vestris, Isaie, 55, 8. Et tamen ab hac lance divinorum iudiciorum pendet momentum amoris aut odii, electionis aut abjectionis, felicitis aut infelicitis aeternitatis, uti Tollenarius noster, Speenli vanitatis Ecclesiasticae cap. 9, sectione primâ, eleganter ostendit.

VERS. 22. — UNUM EST QUOD LOCUTUS SUM, ET INNOCENTEM ET IMPIUM IPE CONSERUIT (1). Assertum istud unicum, de quo hic agit, totius doctrinae Jobi caput est, quod ipse ingenuè proponit, statuitque propagare, scilicet justum aequè ac impium vite hujus calamitatibus et ærumnis subjacere, divexari atque consumi. Idem superius proposuerat, eo ipso quòd se innoxie vixisse, et nihilo secus gravissimâ calamitate exereci conquestus est; quod ipsis amici et concertatores sat intellexerant, et indignè ferebant, atque omnibus modis convellere nitentur. Verbum illud, *consumit*, multâ pollet energiâ ad vexationis magnitudinem exprimentandâ; significat enim illam vergere in mortem et interitum; quasi dicat: Ergo incertus manet status gratiæ et peccati, cum justo et impio eadem aequè obveniant. Deus enim non peccatores eodem quòd libenter Baldad acciperet, sed etiam justos divexat, et sicut morte corporali indiscriminatim interimit; ita et afflictionibus mortalibus vite promiscuè obfundit. Illud quidem apud omnes in confesso est, veram virtutem ac sapientiam Deo displicere non posse; sed tamen in hujus universi gubernatione, penarumque ac premiorum dispensatione relinquuntur, cujus vitam Deus acceptam habeat, aut contra supplicio vindicandam iudicat. Nihil enim in orbe letum invenies, quòd non improbos aequè ac

(1) וְיִדְּבֹרֵנִי מִחַיִּי, *Perinde est, unum idemque est, i. e., nihil proficio, integer sim an improbus. Ego tamen sequendum existimo Chaldaeum: Una mensura est (ut Levit. 24, 22; Num. 15, 16. וְיִדְּבֹרֵנִי מִחַיִּי, unum idemque sit jus et indigena et peregrino, conf. Exod. 1, 249, Levit. 7, 7), ut in Hebraeo subaudiendum sit וְיִדְּבֹרֵנִי, una mensura est scilicet Deo in tractandis hominibus; eadem omnes metitur mensura, eodem modo omnes tractat, neque ullum habet delectum hominum, quos affligit; idèò dico: Integram vitam et malam conficit, sine discrimine. Reponit hoc Jobus ad dictum Eliphazi supra, 6, 7. (Rosenmüller.)*

Unum est, unum illud (vel hoc), est, sub. quod aequè fero. *Ista res una est, unica (sub. via, sive ratio) est, unum hoc, scil. Dei institutum, idèò, vel propterea, dico, vel dixi; q. d.: Omnibus consideratis pronuntio. Alii: Ad quod ostendendam mea omnia tendit oratio. Alii sic: Una mensura est, quâ scil. omnes metitur; eodem modo omnes tractat, nec ullam habet delectum eorum quos affligit; idèò dixi, etc. Uduum est in quo vobiscum non sentio, quod grave in Domino comperio, de quo tacere nequeo, etc. Perinde est, c'est tout un; idèò dixi: In summi, sic statuo, hoc unum dico et adhuc dico, et verissimum esse duco.*

ET INNOCENTEM ET IMPIUM IPE CONSERUIT. Pariter, sive ex aequo, perdit. Non est in flagello discrimen, comenit Eccles. 9, v. 2. Id pios semper torsit, Psal. 73, 2, etc. Jer. 12, 1, etc. Urosque perdit in hoc mundo, si ita res habet ut dicis. Emphasis est in voce וְיִדְּבֹרֵנִי, qui ita justus est, ut dixi. (Synopsis.)

probos recreat, nihil inlethalè, quòd non aequè ac improbos affligat.

Mirabantur olim novella Christianorum germina plantaque tenelle, D. Cypriani aëvo, in illâ celebri Africæ contagione, se non minis quam ethnicos communi peste corripit. At Cyprianos, occurrentes huic errori, in libro de Mortalitate docuit, eos non idcirco vite communis ac miseriarum exsortes fore, quòd Christo nomen delissent, sed plus aliquantò pressuro, eum Christus tantò ante prædixerit: In mundo pessimum habebitis, Joan. 16, 35. Itaque neque communis contagium ullum genus hominum præteri, neque adverse prosperaque fortunæ casus inter virtutum ac vitium discrimen agnoscut; nec eorum, vel hinc beneficio suo influxu mundum hunc sublunarem fovet, impios ab hoc beneficio excludit; neque terra, cum homo boatu aperitur, urbesque deglobat, justos à communi exitio servat indemnes. Ita Tollenarius noster, qui loco supra citato hæc pulchrè ac fusis deducit. In his igitur omnibus calamitas similis, ratio assimilis. Et quidem in re christiana, sicut Servator ipse noster, ejusque purissima Mater acerbissimos dolores sustinere, cum innocentia summi niterent, ita et virgines et martyres penè innumeri cum intererato vite candore acerrimos cruciatu subire, donec, ingruente novissimo persecutionis nubilo, gloriosè tandem occumberent.

VERS. 25. — SI FLAGELLAT, OCCIDAT SEMEL, ET NON DE POENIS INNOCENTEM IDEAT (1). Alludit ad id quod,

(1) Hanc verbum vulgò sic interpretantur: Si flagellat Dei videlicet, calamitas ab eo immissa (Isa. 28, 15; coll. 4 Reg. 12, 14) interim repente, ad tentationem, i. e., correptionem et castigationem; scilicet afflictionem innocentiâ, ridet, scilicet quasi subsanat Deus; q. d.: Si quando flagella et calamitates immitat hominibus, videtur ridere, quum innocentes et prohi simul cum aliis affliguntur et calamitatibus isdem involvuntur, nec curat: si enim curaret, non flagellis eximeret. Sententia orationis contextui utriusque apissima, quam et inversione expressimus. Non tamen silentio prætereunda alia explicatio, quâ particula *non* pro, *ò si!* utitur, capitur, ut Ps. 159, 19; 81, 9, (ad quæ loca vid. not.) Sic sensus prohibiti talis: Utinam una saltem plaga conluceret statim et elideret! verum mulatationi innocentiâ illudit, subsannat miseros adeò ut ipsorum ærumnis delectari videatur, lentis eos lectibus absumit. Optime sane tales vocem conveniunt Jobo, qui occidit se tunc exodi et lenio supplicii genere condici sentit, tardantemque mortem incusat. Similiter de se Ovidius, lib. 2 de Ponto, Eleg. 2:

Vivimus, ut nunquam sensu carcamus amaro,
Et gravior longâ sit meo pœna morâ.
Sic inconsumentum Tyti, semperque renascens
Non perit, ut possit sapè perire iecur.

Eundem illum sensum jam expressit Hieronymus: Si flagellat, i. e., si vult flagellare, occidat semel, et non de poenis innocentiâ ridet. (Rosenmüller.)

SI FLAGELLAT, OCCIDAT SEMEL, quasi dicit: Non ita diuturno dolore me excruciet, etc.; sed non placet. Hebr.: Quandoquidem flagello mortem affert (sub. innocentiâ) repente, vel subito. Si (vel quum, sive quando, prout CN sign. Gen. 58, 9, Num. 56, 4, Jud. 21, 21), flagellum (Domini) scilicet, vel, flagello, vel, verberando, occidat subito, etc., sub. insperat, is ridebit innocentes, quibus parci debet, quasi matris secum. Sed malum hoc ex aequo ad utroque refert, et in genere dici, q. d.: Si quando flagella immitat homini-

cap. 6, vers. 9, dixerat: *Qui caput, ipse me conterat, solvat manum suam, et succidat me.* Quae verba, uti et haec, quibuslibet valde dura videntur; sed non est cur

hinc videri ridere, quoniam prohi simul cum aliis affliguntur, etc. Alii sic: *Si flagrum est, interimit subito; flagrum, pro subita plaga, sive indicio evidenti impietatis.* Vide Isa. 28, 15. *Si flagellat, occidit reo;* cum incipit hominem castigare, actum est de eo.

ET NON DE PŌNIS INNOCENTUM RIDEAT, Hebr. : *Tentationem, vel ad tentationem, sive ad probationem (vel pericula, afflictionem, vel in multatione), innocentiam subsannabit, vel deridebit, vel subsannat, sive rideat.* Nempe, vel 1^o improbus, qui subsannare poterit, sive quod videat innocentes aequè ac improbos affligi; sive quod innocentes per multas erumnas deum sorsitavi ex vita; cum impij subito tollantur, quod beneficium esse videtur. Confer Thren. 4, 6. Vel, 2^o Dominus; q. d. : *Videtur Deus ridere quoniam prohi simul cum aliis affliguntur, nec curat; tunc enim eos flagellis eximeret.* Non curat eos, sed contentum eorum querimonias : *Ridere Dei est, humane afflictionis non lenisescere;* Greg. 9, 20. Impia haec prima fronte videntur, atque ita haec Hebraei accipiunt, quasi Job plane providentiam Dei neget. Verum Job haec dicit juxta exteriorem rerum faciem, quantum videlicet homines vident et amovant; et juxta carnis iudicium (non habita ratione spiritus), quomodo et multa in libro Eccles. intelligenda sunt. Deum horum omnium auctorem Jobus accusare videtur. Hoc vult, Deum ex aequo plus atque impij quoad res externas tractare, nec minus ad piorum miseria ridere quam ad impiorum mala. Prov. 1, 20. *Ridet autem, cum contemneret videtur orationem postulantis open, ac si derideret.* Quod cum admiratione legitur : *Si flagellum repente interimit, itane simul etiam innocentiam afflictionem rideat?* Sed male enuntiativè, juxta filium orationis.

Id est a punto de négation dans le texte original, qu'il faut traduire ainsi : *At (a) tentationem innocentiam contemnit.* L'obscurité de l'avenir, et l'incertitude de la persévérance, ne font désirer avec ardeur que mes maux finissent avant que je sois affaibli, et qu'ils ne durent pas plus que ma patience. Je ne refuse ni de souffrir, ni de mourir; mais me loquie éprouve me fait trembler. Le sacrifice de mes biens m'a peu coûté. Celui de ma vie, surtout dans l'état où je suis, me coûtera beaucoup moins. Mais d'être continuellement percé par de vives douleurs, sans aucune espèce de consolation; sans un moment de relâche, sans être soutenu, ni par la paix intérieure de ma conscience, ni par quelques signes qui me découvrent les pensées de Dieu à mon égard, sans savoir à quoi se terminera une si terrible tentation, c'est un état si violent et si peu proportionné à la faiblesse humaine, que je crains infiniment d'y succomber.

At tentationem innocentiam contemnit. Mais il fait peu d'état de l'épreuve des innocents : Ce qui redouble ma crainte, est que je sois ni une longue épreuve ne donne pas droit à une patience invincible. Un juste qui aurait pu souffrir une mort prompte avec courage, succombe à des tourmens réitérés, s'il n'est puissamment soutenu; et il ne dépend pas de ce juste de choisir une mort prompte, et d'éviter des supplices longs et cruels auxquels il n'est pas préparé. Il peut, je l'avoue, tout espérer de la force toute-puissante de Dieu. Finvoque avec foi, le conjure de le servir; s'unir à lui étroitement, et obtenir par cette persévérance celle qui couronnera ses combats. Mais qui lui donnera cette persévérance dans la prière? Qui lui inspirera le zèle et l'ardeur? Qui versera dans son cœur les consolations intimes dont il a besoin pour s'affermir contre le vil sentiment de sa chair? La persévérance, qui donne la victoire, renferme tous les dons qui y préparent et qui

(4) Il faut le supplier, et le sens l'exige.

asperior censendus sit hic loquendi modus, cum explanari piè ac leniter possit et debeat, uti Joannes à Jesu Maria in simili optimè ostendit : Statuamus, inquit, hominem piùm, immuni anxietate, dolore, delatione tabescentem, in hunc modum cum spiribus atisque gemibus cum Deo agere : Animadverto, summe Deus, te non impij tantum, sed pijs etiam in hac mortali viâ erumnis conficere; age ergo, me capissi graviter exercere, perge, precor, interfice me diu suspirantem, ac pro dolore leniendo tibi supplicentem; videris quippe pijs cultores tuos orantes despicere, dum eos minime exaudis, neque ullum benevolentia aut beneficentia signum exhibes, interim, precor, ne medieturior cruciatu morentem in aliquam culpam propellat. Qui conquestionis et precatonibus nullum durum apud aequos reum aestimatoris portendit; quocirca neque Jobus, hoc ipso sensu verba hujus versus effersens, durò locutus censeri debet. Sane viri sanctimonij vite clarissimi, dum moribus, tentationibus et afflictionibus infestarentur, non raro mortem expectare tanquam optabile redemptionis genus, quod totis multis flagitandum videretur.

Minimè igitur hoc loco blasphemam Job, sed amarè queritur, quia Deus tam lentis penis tamque variis ac reciprocis secum agit, tanquam his delectari videretur. Videtur nempe Dens in humanis rebus ludere, hominibusque ut pills uti, idque verè et rectè justissimas ob causas quas habet, de quibus vide Tertullianum in Scorpiaco, praesertim capite septimo. Licet Job etiam sanctis his lusio peracribus accidat, idèquom cum secundum se praecise spectatum exhorreat ac deprecetur, Deo tamen jucundum praebet spectaculum, ut ex S. Chrysostomo, ad cap. 2, vers. 6, ostendimus. Dominus enim spectator orbis, de caelo in terram aspiciens super omnes filios hominum, vidensque illos in duos exercitus divisos, in quorum altero justi apparent laeti, clypeis patientie ornati, in altero injusti truces, gladiis offensivis instructi, his iratus frididit, de illis letatur, et tanquam Iudex et spectator in caelo fovientem, et ce n'est pas le besoin de persévérer qui donne un droit certain et inflexible à la persévérance.

Le silence, où Dieu demeure à mon égard, ajoute beaucoup à la crainte, qui est inséparable de la vertu en cette vie. Car je ne sais ce qu'il pense ni de moi, ni de mon épreuve, ni de mes sentiments. Je ne sais ce qu'il cache dans la profondeur de ses jugements. Je ne sais s'il a résolu de montrer sa puissance en me soutenant, ou ma faiblesse en me laissant succomber. Je ne sais s'il écoute mes gémissements et mes prières, parce qu'il en est l'auteur; ou s'il les méprise, parce que mon amour-propre en est le principe. Je ne sais s'il me retirera de la fournaise où il m'a mis, avant que j'y sois consumé; ou si ce que j'avais d'innocence, en y entrant, y périra.

Je le conjure avec instance de ne rejeter pas des larmes qui paraissent sincères, et qui seraient insolubles s'il les rejetait. Je confesse que tout vient de lui. Je sais que rien ne m'est dû. Mais il est fidèle et juste. Il me méprisera pas ses propres dons. Il fera pour moi un traité avec la tentation, et il m'en fera sortir avec avantage; je l'espère, je l'attends. Mais, après tout, les décrets de Dieu me sont inconnus, et je ne puis pas le contraindre à m'en révéler le secret. (Duguet.)

tunc ridet, cum videt justos tribulari ac pati. Hinc Job : *Si flagellat, occidat semel, et non de penis innocentum rideat;* quasi dicat : Oporteret quidem, si tam innocentem quam impium ipse consumat, ut vel utrumque semel subitoque occideret, vel utrumque productiori cruciatu divexaret, cum tamen impij supplicium brevissimum sit, piorum verò duntaxat atque longissimum. Id fortè demonstrans Psaltes dicebat : *Quia non est respectus mortis eorum, et firmamentum in plagâ eorum.* Id quod ad propositum nostrum S. Ambrosius sic interpretatur : Ergo et Job et David, qui flagellati hic sunt, firmamentum habuerunt in plagâ suâ, quia flagellat pater filium quem recipit; qui autem hic non flagellantur, ibi non recipiuntur, ut filii. O mirum! Ecce non aliud et non tutius pignus hereditatis datur filiis Dei nisi flagellum; et qui non fert flagellum, non admittitur ad regnum. Ex hoc igitur fonte varietas oculur inter justorum et injustorum flagella; horum enim flagella nec Dominus prospicit, nec ipsi firmamentum habent in plagis suis, quia vel fortune, vel hominibus vel casu illa referuntur accepta. Justi verò, dum flagellantur, et respiciuntur à Deo, et habent firmamentum in plagis suis; reputant enim apud se hanc non sorti et alicui adscribenda, sed à Patre luminum tanquam filiis uti verniculas murrinae, ut aureos stimulos, ut amoris pignora; ut salutis signa et ut coronarum materiam esse immissa.

Jure igitur patientes filios et innocentes prospicit Pater luminum de caelo, nam videt in eis similitudinem quandam divinae omnipotentiae suae. Siquidem Deus omnipotens est in operando, filii autem Dei per gratiam ejus omnipotentes evadunt in patiente. Sicut enim proprium est Dei omnia facere, ita proprium est filiorum Dei omnia mala patienter sustinere. Non nihil credatur hic in parte, sed Philoni, libro de Cherub, sic ait ac piè philosophanti : Certè Deo proprium est facere, neque fas est illud ulli creatura adscribere. Proprium autem creaturae pati; quod quisquis ut peccatiare necessariumque praecipit animo, facile feret casus vel gravissimos; contra, si alienum à se putari, oppressus mole intolerabili Sisyphum peccatum sustinebit. Sic ille. Moralis verò philosophus Seneca in libro, cui titulus : *Quare bonis viris mala accidunt,* constantiam Catonis sic extollat : Non video quid habeat in terra Jupiter pulchrius; si convertere animum velit, quam ut spectet Catonem (jam partibus non semel fractis, stantem nihilominus inter ruinas publicas reatum). Sed Jovem nec oculos habentem nec videntem ad haec spectacula inaniter invitabat. At sidens in caelis, qui de caelo prospicit super filios hominum, quid pulchrius in terris prospicere potest, quam viderè innocentem cum ferro, cum feris, cum igne, cum tortoribus, cum effersis tyrannibus bellantem, et non semel fractum, sed undique lanatum, concisum undique, inter ruinas reatum persistere, constantem durare, tormenta vincere, carnicibus superare; et sibi triumphum de tyrannis ducere? Tunc verè Deus de penis innocentum rideat, ut S. Gregorius, lib. 9. Moral., cap. 15, alijs 21, phi-

losophatur his verbis : Si Johrismus Dei, ejus laetitiam appellat, de innocentum penis ridet Dominus dicitur, quia quò à nobis ardentius queritur, eò de nobis enasius letatur. Quasi quoddam quippe ei ex pena (gaudium facimus). Vers. 24. — TERRA DATA EST IN MANUS IMPII (1), VEL TEN JUDICUM EPIUS OPERIT : QUOD SI NON ILLE EST, QUIS ERGO EST? Quasi dicat : Afflictionis meae ac honorum in-

losophatur his verbis : Si Johrismus Dei, ejus laetitiam appellat, de innocentum penis ridet Dominus dicitur, quia quò à nobis ardentius queritur, eò de nobis enasius letatur. Quasi quoddam quippe ei ex pena (gaudium facimus).

Vers. 24. — TERRA DATA EST IN MANUS IMPII (1), VEL TEN JUDICUM EPIUS OPERIT : QUOD SI NON ILLE EST, QUIS ERGO EST? Quasi dicat : Afflictionis meae ac honorum in-

(1) Non solum innocentes opprimunt, sed et impij exaltant, utrumque arbitros facit. Tercè quæritur impio permittitur, quoniam si justus esset usquequaque Dominus aut nisi conveneret, regibus tantum profus eam traderet. Confutat Bildadum ab experientia. Alii : *In manus impij, i. e. diaboli et ministrorum ejus.*

ULTERIORIUS EPIUS OPERIT : VEL, OPERIT, Hebr. : *Qui faciem, vel vultum, etc. obvelat, sive operit, vel tegit.* Sed quis obvelat, etc.? Resp. 1^o : Impius obvelat faciem iudicium suorum, ne videant scelera, sed ad ea committit, etc. Operit vultum, etc.; nempe corruptor donis, Exod. 25, 8, Deut. 16, 19; ne verum videant. Hic impius, nempe diabolus, exacerat iudices, ut perverso ordine homines depriment, malos attollat (q. d. : Haec una causa est afflictionis meae, etc. Talis impius tyrannus vultum iudicium ejus terret, qui debent pijs defendere et impijs punire, operit, ut non videant quod iustum est, in gratiam tyranni. Mich. 7, vers. 5. Vel, hinc confusio est et vaporosa operit, ino damnat, depmit et interficit. Miserrimum vultum et damnatorum facies operiuntur, Esth. 7, 8, Psal. 44, 16, Jer. 14, 4. Sicque iustitia defensoribus carci, et pi opprimuntur. Resp. 2^o : Deus, qui moderatorem terrae vultum veluti obtegat, i. e., efficit, ut illi faciem obtegant, et ad faciora conveiant, etc. Tegit, etc., vel, ne videant quod æquum et iustum est; vel ne necem habeant personarum; idèo iustitia pingitur oculis obvelatis. Hinc elucimur, à Deo esse etiam malos principes, quos eis dat Deus quibus succedet. Alii aliter vertunt : *Cujus gubernatorum personas ipse protegit.* A facie Domini iudicium ejus operiunt iustitiam. Et vultus iudicium suum velati.

QUOD SI NON ILLE EST, QUIS ERGO EST? Hebr. : *Si non, sub. ita est. Siu minus, i. e., si sit quid dicit rem non ita se habere; si hoc negatis; si haec Deus non agit, si non est hic, vel ipse, quis est? ubi quis ipse? ubi quis est, et quidnam est? q. d. : Omnes norunt rem habere ut ego dico. Ubi est qui velit contrarium evincere? sistant se. Si quis neget me verum dicere, ostendat ubi ille sit, nempe princeps justè agens. Vide quae infra, cap. 24. Quòd si non nunc, sub. Dens est qui facit, quis tandem est, qui haec facit? ES valet nunc; sed hic ponitur expletive; verò : Quis igitur ille est? scilicet, qui iustitiam facit. Ubi quis ipse? i. e., quid agit? cur impius non puniit? ES quater scribitur, ut Masoræ notat, quoniam alius ES, vel ES scribitur.*

(SYNOPSIS.) Dieu contre d'un voile le rapport de ceux qui en sont les juges.

Quelques interprètes visagent cela aux mauvais princes qui corrompent eux-mêmes les juges, ou qui laissent leur prévarications impunites. Mais il paraît évident qu'ils se trompent, et que c'est de Dieu même que Job veut parler, qui établit les mauvais princes et qui met un voile sur les yeux des mauvais juges. La suite et le sens le démontrent. Ce qui paraît dur dans cette expression ne l'est pas plus que ce qui précède, et il est également justifié par beaucoup d'endroits semblables de l'Écriture. Il est rare qu'on mérite d'être élevé en autorité. Mais il est encore plus rare qu'on n'en devienne plus injuste. L'orgueil et la fausse sagesse, qui sont nos plus dangereuses maladies, ne se guérissent point par le commandement et par les louanges. Le cœur, déjà préparé à la séduction, s'ouvre avec joie à tout ce qui l'entretient et la fortifie; et la peine la plus ordinaire, et aussi la plus juste,